

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Bellum y

...scribit Vigecius de re militari libro primo
capitulo iii^o dicens:

'Constat quod in omnibus locis ignavos et strenuos nasci;
tamen gens gentem precedit in bello, et plaga celi ad
robur, non tantum corporum sed etiam animorum plurimum
confert, videlicet

omnes nationes que vicine sunt soli, nimio calore
siccate, amplius quidem sapere sed minus habere sanguinis
dicunt, ac propterea constanciam et fiduciam quo minus
non habere pugnandi, quia metuunt vulnera qui exiguum
sanguinem se habere neverunt. E contra septentrionales populi
remoti a solis ardoribus inconsulciores quidem, sed tamen
largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi.
Tirones id est bellatores igitur de temperacionibus eligendi
sunt plagis, quibus et copia sanguinis suppetat ad vulnerum
mortisque contemptum, et non possit deesse prudentia
que et modestiam servat in castris et non parum prodest
in dimicacione consiliis.'

Scotichronicon, 16.17 (Watt ed., vol.8. p.266, ll.20-34).

Constat quidem in omnibus locis et ignavos et strenuos nasci,
tamen et gens gentem precedit in bello et plaga celi ad
robur, non tantum corporum sed etiam animorum plurimum
ualet;

Omnes nationes que vicine sunt soli nimio calore
siccantur, amplius quidem sapere sed minus habere sanguinis
dicunt; hanc propterea constanciam ac fiduciam comminus
non habere pugnandi quia metuunt vulnera qui exiguum
sanguinem se habere neverunt. Econtra septentrionales populi
remoti a solis ardoribus inconsulciores quidem sed tamen
largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi.
Tirones, id est bellatores, igitur de temperacionibus eligendi
sunt plagis quibus et copia sanguinis suppetat ad uulnerum
mortisque contemptum et non possit deesse prudentia
que et modestiam seruat in castris et non parum prodest
in dimicacione consiliis.

Vegecius de re militari libro I. capitulo III.

Manipulus florum, Bellum y

Constat quidem in omnibus locis et ignavos et strenuos nasci,
sed tamen et gens gentem praecedit in bello et plaga caeli ad
robur non tantum corporum sed etiam animorum plurimum
valet; quo loco ea quae a doctissimis hominibus comprobata
sunt non omittam.

Omnes nationes quae vicinae sunt soli, nimio calore
siccatas, amplius quidem sapere sed minus habere sanguinis
dicunt ac propterea constantiam ac fiduciam comminus
non habere pugnandi, quia metuunt vulnera qui exiguum
sanguinem se habere neverunt. Contra septentrionales populi,
remoti a solis ardoribus, inconsulciores quidem sed tamen
largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi.
Tirones igitur de temperacionibus legendi
sunt plagis, quibus et copia sanguinis suppetat ad vulnerum
mortisque contemptum et non possit deesse prudentia,
quae et modestiam servat in castris et non parum prodest
in dimicacione consiliis.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei militaris*,
1.2.2-5 (M.D. Reeve ed., pp.6-7, ll.18-23, 1-12).